PRYTANEVM IMMORTALIS GLORIÆ

OB HEROICAS VIRTVTES

RELIGIONEM,
PIETATEM,
FORTITVDINEM,
LIBERALITATEM.

Illustrissimo Dño & Senatori Amplissimo

D. NICOLAO

DE ZVROW

DANIŁOWICZ

SVPREMO REGNI POLONIAE THESAVRARIO, CRASNOSTAVIENSI, SAMBORIENSI, BIELSCENSI, &c. CAPITANEO.

Post Funera reseratum

Nobilis Iuuentus

Collegij Lublinensis Societatis IESV

D. D. C. Q.

Anno à Partu Magnæ Matris. MDCXXIV.

Socrates respondit se meruisse, vt amplissimis honoribus & primus decoraretur & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur Cic. lib. 1. de Oratore.

ZAMOSCI.

GLORIÆ MONIMENTA PERENNIS.



SPlendor in hoc roburq; vno ſunt Stemmate ſtirpis:
Telum Marticolas, luna nitere notat.
Plena fuit luna hæc, anno decreuit in horno:
Non extincta tamen luna nitore ſuo.
Vt Phœbe rutilet, Titanis egena: relictis
Æternum ſtellis hæc habitura jubar.

Illustribus ac Magnificis Dominis

DE ZVROW

DANIŁOWICIIS IOANNI NICOLAO DAPIFERO

Regni, Capitaneo Chełmensi: Petro, Capitaneo Parczeuiensi: Stanislao, Capitaneo Czerwonogrodẽsi, &c. &c. Collegium Lublinense Societatis IESV Perennem Felicitatem.

VIrtuti Heroicæ Parentis vestri Illustrissimi, literariũ defigimus colossum, Illustres & Magnifici Domini, & Sapientiã beneficij memorem, ad triumphale bustum,

cineresq; laureatos, euocamus. Hic illa post fata, lemniscos deponit gloriosos, quãdo excellentis prudentiæ, integerrimi candoris, Nestorem Sarmaticum, ad Religionis, Patriæ, Regis, Ciuium cõmoda, diuina quadã prouidentia natum, supra mortalitatem euehit, augustoq; in Prytaneo Gloriæ collocatum, omnibus proponit spectabilem. Totum ergo quidquid celebritatis, inter sepulchrales faces, pullataque peripetasmata elucescit, Sapientiæ opus agnoscite. Nam vbi

bi Eloquẽtia vibrare cœperat diligentem facundiam, grauiſsimo pondere rerum ſuccubuit; minus pares lacertos adferens ad Panegyrim, tanto Heroi, cuius eximiæ animi altitudini, res Patriæ, & publica, etiam communi temporum in turbine incubuit. Philoſophus Anthiſtenes cùm virum bonum & prudentem, hoc eſt, DANILOVICIO ſimilem, exprimeret, Δυσβάστακτον εἶναι ἀστεῖον, Sarcinam omnino grauem, & pondus eſſe maximum aſſeruit. Talis fuerat Illuſtriſsimus Parens veſter, qui grauiſ-

grauiſsimè rebus omnibus Patriæ incumberet, illaſq; authoritatis ſuæ pondere, mirũ quantùm premeret, vt prorſus mole geſtorũ depreſſa Oratio, parem Demoſtheni, ipſiq; Suadæ Romanæ, quærat Oratorem, qui editiſſima ſua Eloquentiæ ſtatura, & Heroicis viribus, in Panegyri, multorum diſpendio, ſumptuoſiùs triumpharet. Et quidem Orationem nobis ereptam gauderemus, ſed non animum, tantis dulciſsimi Parentis veſtri meritis obligatum: Imò quia tenemus

ani-

animum, etiam nos habere Gratiã vernantem, & fæcundam Eloquentia fatebimur. Vincat ergo animus cum tanta, & tam exaggerata materia beneficiorũ colluctatus, & Illuſtriſsimo Parenti veſtro, non vt Claudio Imperatori Roma, Clypeum aureũ appẽdat; ſed immortales etiã coloſſos excitet, magnumq; amorẽ Magni Theſaurarij, erga Societatem IESV vniuerſam, Collegium noſtrum Lublinenſe, Templumq́; auguſtum, Summà liberalitate auctum, ornatum, ad faſtigium

ſtigium munificentia ſingulari e-
uectum, magnis vbiq́; conſignet
elogijs. Vobis verò Illuſtres
& Magnifici Domini, clariſsima
tanti Patris lumina, ſe ſe commit-
tit Sapientiæ hic & immortalis
Gloriæ apparatus. Vos prenſat,
in ſinu Veſtro conquieſcit. Cer-
nit videlicet, poſthumam virtu-
tem reuireſcere, & in maxima
ſobole, indolem DANILOVICIAM,
ad ampliſsimos honores, & ex-
cellẽs vitæ ſingularis faſtigium,
in Parente Illuſtriſsimo ad mira-
culum priſcæ ætatis elaboratum,
adſpi-

adſpirare. Ea demũ gloria Parentis eſt, non diſsimiles Æneæ Iülos, aut Catoni prudentiſsimo Catones habuiſſe, qui & Optimi Oratores, Optimi Imperatores, Optimi poſtmodum forent Senatores. Refertis Sapientia Parentem Illuſtriſsimum; virtute, honoribus etiam æquabitis, ad Reipublicæ ſalutem, commoda Regni, Regis Sereniſsimi amorem nati, & educati. Proinde dum memoriam Parentis veſtri Illuſtriſsimi, fixã in pectoribus, omni Symbolo cariorem, exem-

plar DANILOVICIÆ felicitatis & gloriæ tenetis; etiam conatum literarium, veſtris amoribus ac facilitate foueatis. Valete Illuſtres ac Magnifici Domini, & Societatem IESV vobis addictiſsimã, ſtudio veſtro proſequimini.

ΕΠΙΣΗΜΟΝ.

Gentilitiæ Felicitatis

Illustrissimi Domini,

D. Nicolai Daniłowicz Supremi Regni Thesaurarii, &c. &c.

Honos deinde ſtemmati accedit nouus,
Si Mors ſequatur inclyta. *Prudentius.*

Turbatrix orbis, verboſo euanida ſotu
Fama, ſepulchrales jactabat Lechide tædas,
Vana aliàs, & ſæpe leues de more ſuſurros
Edere gnara, ſed hoc præſente doloris in actu,
Non inuertendo ſignauit fata fritillo.
Ergone Νικόλεως *æterno lumina ſomno*
Cluſit, & Euigenûm fluidis conceſſit ab oris?
O ſublime genus, magno ſtirps creta parente
Daniłowicii, Genitorne putandus abiiſſe
Viuorum ex albo? Non albo digna Cylindro

Furua dies, funesta dies, quæ texit in vno
Tot bona Sarcophago, quot erat celeberrimus He-
O luna, insignis quantam spoliata nitore (ros.
Ecclipsim pateris! Jubar ô vbi, posthuma Lechi
Stirps, quod suspexit! pulchro recreata nitore.
An perjit! perijsse nego. Sancita Tonantis
Debita naturæ pendit, mutire Tonantem
Præsumat cõtra quisquã! Qui fingere Phœbem
Quiuit, & auricomis jussit rutilare coluris,
Hînc erat illicitum pullis obnubere velis
Auricomam Lunæ faciem? ne cicladis aureæ
Mutaret radios? decessit Cynthia terris,
Sed meliore Polo posita est bipatentis Olympi,
Vt sperare operum mandat farrago bonorum.
Sed tibi Achæmenium quò telum cornua findit,
Cœligenis mistum panchris! An Martis in armis
Primœuum traxisse decus, triuisse juuentam
Et Cataphractorum ductasse in prælia turmas
Testatur, peltaq; imbres hausisse Getarum
Sarmaticam Herois suspexit Turcica lunam
Luna, pererrato patriæ cum redderet orbe
Legatus Dominatoris mandata Poloni.
O quam tum rutilos pandebat Luna nitores!

O quam

O quàm lunato fuerat spectabilis hosti!
Seu comites, sociosq; viæ, celsosq; virorum
Lustrares cumulos, seu (si quid credis & isto
Tempore, quod sparsim minurizat fama, penates
Miratrix inter patrios) Orantis honores.
O Luna agnato quantùm es viduata colore!
Decolor (ach vtinam superâsses, lustra senectæ.
Mygdoniæ) niueumq; caput fugiline tecta,
Æterno cursum fixisti lassa tenore.
Dum, te Latois, propriâ ditione voluntas
Cœlica dimouit, dum pullo tegmine amicis
Chrysocomum caput, interea Generosa propago
Defuncti, dat fulgorem. Splendescite Nati,
Inq; vicem Patris, virtus vos æmula ducat.
Sic stellæ, in Lunam (dictu mirabile) cedent,
Atq; regyrabit fulgores luna perennes. (nis,
Perge chelys, synpsalma volo; iubet alta Prytan-
Quam nec Ethechtæis olim tornâsset Athenis
Archo, nec cultusq; Solon, fortisq; Lycurgus.
Cuius at hoc psephisma volat? subscribere Olym-
Collibet, & faustâ lunam statione repostam (po
Fidere, post iusti spatiosa volumina cursus.
Luna Tonantisono Prytanei ornata decore,
Immor-

Immortale tuum rutilet super æthera lumen,
Nec ferruginea globus obfuscetur ab vmbra;
Æterna se se quin cornua luce serenent.

Iſtud Heroî Ampliſsimo
Gentilitia ſpondebant Symbola:
vt cum excellenti virtute ſemper cōpoſitus
meliore æuo potitus
Sanctiſsimam cœlo figeret
ſtationem
Illuſtre DANIŁOWICIVM iubar, poſteritati
eiaculans.

ELO-

ELOGIVM VIRTVTIS
Illustrissimi D.
THESAVRARII AD PRYTANEVM GLORIÆ PROPERANTIS.

SAnctissimè sanciuit antiquitas, vt Heroas ad omnem virtutis & sapientiæ regulam compositos, Rerum publicarum propugnacula, Regnorum Nomophilaces, communisq; salutis effectores, vbi de statione vitæ mortalis decessissent, Apotheosi honorata decorarent, & in tabulas melioris æui, proscriptos vitâ fragili & caduca, contentionis generosæ meritò deponerent. Id nimirum pendebant pensum, honorum & gloriæ titulis vndiq; vitæ exaggeratæ; quæ sola excelso & natiuo suo splendore, cum futiles & vmbratiles lemniscos popularis plausus tran-

scen-

ſcenderet, maleuolorum etiam inuidiam & liuores excederet; à lachrymis & funebri pōpa vindicata, inter tot funalium atra lumina, pullatoſq; fatorum apparatus, veluti lucidiſſima pharus, abſq; tot ominoſis facibus, quæ ſuo in oculos incurſu, animum, à ſtudio laudum ad officia lachrymarum auocant, viam faceret, ad immortale Capitolium felicitatis properandi. Equidem nullum aut honorificētius memoriæ munus, aut verius gratæ voluntatis officium, virtutem contendam exigere. Benè ſuum cuiq; decus rependit poſteritas; quando ad faſtigiū excellentis honoris, virtutē calloſam è puluerulēto excitat curriculo, vt defixa in ſtellato immortalitatis cœlo, imprimat aliorū mentibus ſui amorē, excitet admirationē, prædicationē, pariat imò ipſam æmulationē in pectoribus eorū propaget, quos æternæ gloriæ, ampliſſima & ſuauiſſima innutrire ſolet voluptate. Debebatur id fortunatæ virtuti Illuſtriſſimi DANIŁOWICII, vt fatorum inclemētia aſperatus, Gloriæ ampliſſimos fructus decerperet. Ille Reipublicæ Sar-

cæ Sarmaticæ commune præſidium, æui ſui menſura rectiſſima, ampliſſimæ DANIŁOWICIORVM familiæ decus eximium, ipſius famæ feliciſſimus alumnus, ſuarum de cœlo laudum cenſor, Africani, Pauliq; Scipionis innocentia, & pietate ſuperior, non modo felice exitu vt conſummatiſſimam virtutem ſuam prædicaret; verum etiam ad pares contentiones, & felicitatem complectendam, hortator Sarmatico generi exiſteret. Hæc ſunt germanæ gloriæ à ſolidà virtute per propagines deducta commodorum argumenta; quibus non tantum Laconum generoſitas, in ſolitaria palæſtra effloreſcit, verùm & Sarmatica indoles, ad omnem rectitudinis & probitatis adſpirat excellentiam, Pietatis, Religionis, Fortitudinis, publicæ Charitatis, innutrita amoribus.

Religio primum integerrimum adhuc adoleſcentem in magno nobilitatis circo, ab ipſo literario ludo ſeria meditātem, ſuis ſibi deuinxerat complexibus. Hæc incitamenta priſcæ virtutis, & memoriam maiorum in Catholicâ fide, gloriam virtutis auguſtæ reponentiū,

proposuit, quàm pertinaci animo, cum ætas illa suscepisset, ad maturioris æui etiam transmisit contentiones, vt quoties occasio nasceretur, vir Illustrissimus, pulcherrimis Fidei & in Ecclesiam Matrem obseruantiæ institutis, aliorum animos, ad purioris Prudentiæ consilia Politica excipienda Christianissimè præpararet, mentes peruersarum sectarum vi, machinisq; tentatas, in auita & incorrupta maiorũ fide stabiliret, summum Deum supremo rerum omnium loco haberet, sanctitatem à se, Senatorum, omniumq; animis insculpendã, non nisi à propriæ mentis typis virtutumq; suarum exemplaribus, exprimere consuesceret. Quālem hic & quam non vulgarem in vulgus & negotia producebat se qui ad negotium Religionis horas multas destinarat! Sciebat se benè fœnerari cœlo & Patriæ, vbi salutari & integerrimo religionis penso horas cœli Filias sibi demereretur & deuinciret: Affatus Deum; Deo afflatus qualis ad negotia Regni, ex altari, quàm purus ex templo, quàm integer, à religione ad consulendum Patriæ, ad

proui-

prouidendum Ciuibus redibat! pietatis & innocentiæ ſenſus in omni exercitio, negotioſus Senator, exonerans! Hæc erant rudimenta latentis virtutis, quæ in immenſum propagata ſplendorem, erudimenta conſummatæ probitatis, & totam ac manifeſtam propoſuerunt felicitatem. Illam inquam felicitatem, compendio virtutis Illuſtriſſimo Theſaurario deſignatam, dum plenus meriti, animi ſecuritate feliciſſimus, plenus annorum, ad immortalitatem properantem recaleſceret, diuinæ charitatis ardore feruidus, æſtuāti animo immortalia cogitaret, ſe ſe ad Prytaneum diuinitatis colligeret, & morbi in conflictu, purioris animi retinens argumenta; dandos eſſe poſtremos hos ipſi cœlo dies, cæteros cum Patriæ non ſine Deo, cum ciuibus non ſine cœlo, cum Regi Sereniſſimo non ſine pietate deuouiſſet; & puriſſima religione vitæ Cataſtrophem cōſignandam eſſe, vita longiore digniſſimus Senator, aſſereret. O Religionis pertinacem Spiritum! ô labentis animæ guttas preciosas! ô cignæas voces! quibus ex-

citatus Spiritus ad immortalem perrexit stationem, & exuuias partis debilioris in funebri lectulo relinquens, illum Sacri instar Plutei & suggestus vsurpat, vnde Religionis Sacrosanctum posteritati commendet exercitium. Quamuis enim in fatali puluere, Religionis illa late resonans flamma consederit, ex hoc tamen Mortalitatis busto, diuinum quoddam & cœleste spirat. Ne dum extincta est negotiorum Sanctissimorum memoria; occursant diuinæ illæ Canephoræ triumphorum DANILOWICIORVM testes & arbitræ, viuis & solidis argumentis, veluti ardentibus tædis, posteritatē excitant, ad præstantiam virtutis, Illustrissimi Thesaurarij generoso passu continuandam.

Prudentiam olim cœlo lapsam crediderat mortaliũ Plato doctissimus dignissimum maiestate suâ domicilium quæsiuisse, nec ambitiosius in alia, quàm in fidelissima Patriæ, Principi studiosissima mente quieuisse. Pietatis in Capitolio hostilium difficultatum, victrix Heroina triũphare semper gestiebat, vbi longam annorum seriem Heroũm, quibus ho-

nestissimæ vitæ textura consistit, pulcherrimò suo filo productam, ad amorem Patriæ reduceret, & promptissimo animo Regem, Regnũ, Rempublicam, ciues, amicos, supra vulgarẽ modũ aduiuisse, promouisse edoceret. Non vereor ne nimis audacter de te sentiam aut loquar Magne DANIŁOWICZ, si palam sic edicam. Quando pietatis nexu illigatam Prudentiam ad Reipublicæ Commoda prudentissimus Ciuis reponebas, te è Sapiente tuo pectore, plurimum emulomenti recepisse, incredibilia verò gratiæ & meritorum erga patriam Vniuersam argumenta ex amplissimo lacteolo amoris tui promanasse, quæ SIGISMVNDO Serenissimo Poloniæ Regi, Sapientum Iudici æquissimo, virtutum arbitro integerrimo, veluti elementa Augustæ cuiusdam mentis tuæ, heroiciq; animi esse videbantur, quibus Salus consummata patriæ crederetur, tuis consilijs, authoritate, Prudẽtia, difficillimis afflictæ fortunæ conquassata turbinibus sustinenda. Vidit inquam Herois singularem mentem Princeps sagacissimus, ratus se nactum esse virum

suis

ſuis votis factum & maximis rebus, quas generoſa mēte deſtinabat prudētiſſime exequēdis natum; legationibus arduis, maturam iam, virtutem, & adultam gloriæ exercere cœpit. Noſter Heros fuerat Themiſtoclis Prudentia, Scipionis magnanimitate, Æmilij Religione, Pauli innocentia, Metellorum pietate, conſtantia, integritate Fabiorum Superior, Cui Othomanicas Regis è voluntate Sereniſſimi, adire regiones licuerat, vt ferocientem Turcā, Chriſtianorum Regnorum opulentia ſaginatum, ad concordiæ fæderatæ argumenta ſtipulatione pacis perduceret, & Sarmaticæ Reipublicæ inhiantem teterrimam belluam, ſalutaribus Conſiliorum & rationum momentis, à præda ad quietem, à Tyrannide ad amorem pacis, à temeritate ad fidem tuendam (ſi tamen in perfido Regnorum poſſeſſore depopulatore fidei locus fuerat) excitaret. Et hoc ille ſuſcepto negotio Principis gratiam meritus, ſuffragatione etiam maioris Pietatis, ad excellētes altioris gradus honores adſpirauit. Illos inquam honores, qui maximis fortunæ

præ-

præmijs refertissimi, Potẽtium amicitias, Nobilitatis gratiam, Ciuium salutem defendere solent, in patriæ theatro, & amplissimi Senatus Curia suum splendorem producentes. Prensauit ergo gloria virum amplissimum, & Castellanum Leopoliensem agnouit; tot muneribus Capitaneum prudentissimum decoratũ, ad publicæ vtilitatis argumenta promouenda manu duxit. Regis Serenissimi in amoribus deposuit, cuius Prudentiam, Integritatẽ, Innocentiam, Pietatem Princeps consultissimus dũ suspiceret, Thesauros publicos & Regios viro arduis semper negotijs nato, concredidit, vt supremus Regni Thesaurarius, quam Pietatem, Amorem, Caritatem Patriæ vniuersæ olim in vitâ candidiore, nullaq; honorum Maiestate decorata dependerat, eandẽ amplissimus gloriâ & munere, in augusto virtutis ætatisq; curriculo, in ærumnosissimâ defensione publicæ quietis, trepidationibus bellorum, discordiarũ discriminibus, in afflicto Reipublicæ statu, & perturbato cum alacritate deuoueret. O animi singularem in tractã-

dis

dis theſauris patriæ diligentiam! ô Theſaurarij excellentem Regi Sereniſſimo patriæq; datam fidelitatem! Nam quæ vis alia, niſi publicæ charitatis ſtudium, DANILOVICIVM inflammauit, vt non magnopere concupitis honorũ ſuauitatibus, neglectis quietæ vitæ emolumentis, grauiſſimam curam ad tuẽdos Patriæ, & Reipublicæ theſauros conuerteret? æmulationes fuerant domeſticæ? has ille modeſtiâ ſuâ temperabat: æqualium ciuium vehemens habendi deſiderium? at ſolus in oculis Principis ferebatur, in animis Optimatum habitabat: plurimorum ſimultates, imò intemperatioris obtrectationes & conuicia? ſed quid cauto & prudenti maleuolorum criminationes officere potuerant? quæ veluti turgẽtes aquarum fluctus, conſtantis animi rupem vbi attigerunt, diſrupti odiorum tumore, virulentam libidinem, ad interitum ſuorum profuderunt. Vicit grauitas temeritatem; conſtantia leuitatem; pietas & dexteritas Theſaurarij, multorum effrenatam impietatem, imò intractabiles animos immanis cuiuſdam na-

turæ, patriæq; perduelles, conſiliorum moderata & ſuaui attemperatione mitigauit, vt ſtudioſos patriæ, Regiq; Sereniſſimo faciles, & obſequẽtes, efficeret. Hoc eſt demum fructuoſſimum & certiſſimum omnis ſplendoris compendium, quo viri Illuſtriſſimi claritudine generis, nominis amplitudine, celebritate famæ, virtutis exiſtimatione, magnam apud ciues, ſummam apud Principes gratiam conſequuntur. Hæc Sereniſſimo Regi hortamenta fuerunt, cur toties potentiſſimus Agamemnon ſuum Neſtorem celebraret, cur conſiliorum & ſecretioris arcani conſcium, in cõplexu ſuo tenuerit. Amabat illam grauitatem cum facilitate ad voluntatem Regis compoſitam; illa incredibilis humanitas dignitas & elegantia grauiſſimæ diſciplinæ, ille can dor ſine fuco veritatis, Regiam Maieſtatem hortabatur, vt toties de ornamẽtis DANILOVICIAE familiæ cogitaret, quoties ſibi fideliſſimum Theſaurarium experiretur & agnoſceret. At quem in belli paciſque negotijs magis ſtudioſum didicerat? Stabunt æternitati defixa For-

 titu-

titudinis DANIŁOVICIAE trophæa, ad honorem & splendorem Regiæ Maiestatis, virtute bellicâ, & Martiali contentione excitata. Ne quid ad consummatam gloriæ præstantiam deesse videretur, difficillimis belli negotijs incoctum ad salutem Serenissimi Regis, attulit animum. Epaminondas Sarmaticus, non ignobilis primo miles signatum acerrimâ cõtentione DANIŁOVICIVM nomen, sub sago educatã virtutem, amori Serenissimi Regis mancipauit. Hic illi Comes, dum in Sueciam, patrium regnũ, iniquè a Patruo possessum, vindicaturus abiret, hic mucro, hic clypeus, cum hoc pugnasse, & ex pugna victorem rediisse gloriosum æstimauit. Testatum id omnibus fecerat, quando contentionem suam innutritam ardori bellico semper Patriæ carissimæ deuouerat. Vidit illa nouem ipsis annis animosum DANIŁOVICIVM contra hostem ductasse exercitus. Suspexit robur verè Sarmaticum, quod Illustrissimus *Joannes Zamoscius*, totius orbis amor & deliciæ, Supremus belli tunc Imperator amauerat, dum contra ferocem

rocem Kacigerium Chamum Tartaricum, ad Cethsoram auxiliares vires, optimus ciuis, exercitui Polonico adiecerat, impetumq; hostilem, & ferratum imbrem sagittarum, fortissimus miles, non sine periculo capitis, saluis & integris suis vexillis, cuneo Tartarico distracto, cum celebritate nominis sui, represserat. Quid enumerem suppetias, contra Michaelē Waidam Moldauiæ depopulatorem allatas? In illo turbine domestici tumultus, in illâ seditiosissima totius Regni concussione, ciuium indicta causa, iniquo cōsilio distractis animis & voluntatibus, dum Serenissimi Regis humanitas, odijs ciuilibus appeteretur, ne Regiū honorem violatum ingemisceret, in mediam veluti flammam sese immisit formidolosissimi belli, à latere felicissimi Regis, vna cum ingenti manu Sarmaticorum Scipionum constitit, vi vim confœderatam exercitus contumacis compescuit, fotitudine generosus miles violentiam depulit, retardauit, superauit. Et hæc felicitati Serenissimi Regis, quæ in dies latè longèq; triumphorū magnitudine efflo-

 rescit

rescit debita reponuntur ornamenta, laureatam fortitudinem ciuium immortalitati cõmendabunt, tantis excubijs, tantis laboribus, & Martiali contentione ad miraculum antiquæ virtutis elaboratam. Neq; verò Fortitudo ipsa, ad Aristomenis Sarmatici bustũ purpuratas animi generosi defixisset simulachra, nisi impeditam lauro manum DANIŁOVICIA liberalitas adiuuaret, & diuite felicitatis cornu in cineres Herois, omnis beatitatis copiam effunderet. Quantus ille vigor pectoris munifici fuerat! dum ad subleuandam inopiam plurimorum, ad incrementa cultus diuini assurgeret; quoties religionis amore, quoties calamitate, vel afflictâ fortunâ Ciuium tangeretur. Nimis operosum esset singula recensere, imò quis in tantâ magnitudine, liberalẽ & cœlo dignam profusionem, vnquam recensere posset? Vos vos apello Sacrorum Antistites & Principes, vos diuinarum rerum Sacerdotes & interpretes, quantùm è Daniłouiciâ liberalitate ad aras, ad templa splendoris accesisse gloriamini. Vos ciues cum extremâ for-

mâ ſortis inclementia conflictati, qui amabili dextera Theſaurarij à miſerâ fortuna recreati, ad commoda vitæ adſpiraſtis. Vos Virgines Sacræ, ſponſione pudoris & anathemate fidei, cœleſti ſponſo collocatæ, clementiſſimũ Parentem habuiſtis, è cuius ampliſſimo complexu, nunquam deficiens theſaurus in vos redundaret; charitatis apertiſſimæ merito vobis reſeratus. Quid Religioſorum clauſtra Sacraſq; memorem familias, ope & munificentiâ ſufficientiſſime ſuſtentas? Vna Societas IESV non habet quod dicat, quod faciat pro magnis ac tantis meritis parẽtis ſui. Quoties indulgentia pluſquam paterna afflictam maleuolorũ criminationibus ſuo in gremio ſuſceperat, nullum amoris, nullum pietatis officiũ omiſerat, authoritatem ſuam inimicorũ ipſius telis obiecerat, nullo vnquam tempore de familia IESV mereri neglexerat. Quid illa par tantis meritis reponet, quod ex ſoluet officium beneficijs quæ ſe omni librâ, omni nexu obligatam obſtringunt? Et quidem cæteri intelligunt liberaliter munificentiam Illuſtriſ-

ſtriſſimi Herois in ſe redundaſſe, Societas IESV communem parentem deprædicat, totum Illuſtriſſimum Theſaurarium ſibi vendicat, vna mater tot Religioſorum, communem ſibi parentem acceptum lachrymatur, cuius liberali dextera ædem Sacram nō, Lublini modo magnifico ſumptu perfectam, ſuppellectili argentea decoratam accepit, verum in toto ampliſſimo Regno Poloniæ ſuis neceſſitatibus inopiæ benè conſultum ſemper agnouit. Fatebitur illa ſemper ſe fore DANIŁOVICIAE liberalitati obnoxiā; quot quot vrbes incolit, quot ſpiritus ducit, ſemper ſe obſtrictam creditori ſuo concedet: nunquam memoriā meriti cum æternitate patietur conſeneſcere; accepti beneficij auctoramenta præſeferet, ingenuâ ſimplicitate, imparis animi ruborē profitebitur, auguſto verò in æternitatis Prytaneo collocatum Illuſtriſſimū Theſaurarium, votis & ſolemni apprecatione proſequetur. O beatam Magni Herois cum virtutè conſtantiam! O incredibilem pietatis cum religionē nexum. Ita viro maximo gloriæ cupiditas in

quæſtu

quæstu fuit. Nunquā Magnus ille animus primo in passu constitit, inflāmatus immortialis fortunæ desiderio, ætatine, parceret? qui causa in Pietatis nec sanguini pepercisset, dummodo virtuti generosæ addictus, haberet vnde fidem Deo obstrictam, ad Catholicæ Religionis defensionem, & tutelam conuerteret. Hoc patrimonium immortale filijs suis reliquit amantissimus Pater, amplissimam hæredibus sui generis hæreditatem: curam Religionis syncerae, patriæ dignitatem, Regis amorem, beneuolentiam ciuium, exemplum mentemq; patris. Illam illam mentem, cuiusuis maximi operis capacem, illam generosam veræ gloriæ cupiditatem, illam animi moderationem, illam demū mentem Reipublicæ, Patriæ, ciuibus afflictis, consulentem: Hæc erūt monumenta Illustrissimi DANIŁOVICII virtutum insculpta argumentis. Hoc amplissimæ gloriæ bustum, hic immortalitatis nullum fatum pertimescentis apex, hæc in omnium animis & recordatione sepulchralis imago,

maxi-

maximis virtutis augustæ nominibus & trophæis ad imitationē generis, ad gloriam DANIŁOVICIAE famæ, ad claritatem familiæ æuiternam, insignita.

SALVE IGITVR HEROS Illustrissime IN PRYTANEO immortalis gloriæ per Heroicas Canephoras collocate.

AMplissima tuæ mētis altitudo DANIŁOVICIVM nomen æternis cōmendabit tēporibus & Generosam Sobolem viuis virtutū excitabit argumentis, vt clarissimis factis, insitam heroicæ mentis tuæ imaginem referant, famamq; nominis sui extendant latissime.

Aurea quæ semper lætis dominabitur annis.

RELI-

RELIGIONIS THEATRVM

IN QVO

Gloria

Sagittam IESV Nomine signatam Immortalitati consecrat.

OB

Illustrissimum

NICOLAVM DANILOWICZ

SVPREMVM REGNI

Thesaurarium

PIETATI

Nexu firmissimo pigneratum.

Religio nos obligatos cum reddit Deo, ipsum nobis Deum obligat. *Isidorus.*

PVBLICA RELIGIONE CONSECRATA VIRTVS nullâ priuatâ laudatione indiget.

Valerius Maximus

QVid follicantis fumida pneumatum
Altrix recludis Gloria seculi?
Rancente nescio quid ore,
Rancidulum geminas ad aurem.
An norma fiet Mulciberis tibi
Agnata proles, quæ solita horridis
Fuligines intoxicatas,
Promere rictibus, & Mephytim?
Non purpurissum tale sibi legit
Heros, parentat cui lachrymabilis
Extemporales per paratus,
Musa, viri miserata Manes.
Virtus alumnum condecorat suum,
Et cura recti, perpetuò tenax,
Formido Numinis polaris,
Religionis auitæ amores.

Aude euibrato Mors fera in impetu
Jam gloriari, Religio virum,
Cum succinat clarè locatum
Indigetem Prytaneo Olympi.

Quisquis es.

SVbsequentia subitario posita paratu, anaglypha benignus vide ac peruide. Elephantum philyra producit turritũ. Luna hic exoriente tripudiat: occidente eadem, tetra nubilus tetricitate, teter & ipse, sese conficit.

PROLVSIMVS.

QVid barrus? vndas attrahit proboscide;
Floræq; spargit munera?
Phœben tuetur, figit obtutus suos
Lunæ corusco segmine.
Barritus æthram personat fremit grauè:
Crescente cornu Cynthiæ.
Sed luminosus pareat si non globus,
Si luna malas occulat:
Acore quodam delibutus, ingemit,
Rhonchosq; ducit spumeos.

Mirâre quisquis lugubres nostras fides?
Mirare primum belluam.
Ferale carmen Cynthiæ occasum gemit;
Planctus meretur Cynthia.
Eheu coruscans lumen haud pridem dabat:
Nunc occupat Phœben nigror.
O qui pererras Phœbe stelliferum Polum,
Cur subtrahis Phœbe faces!
Defecta luce non potis per te vnicum
Lucem amplius, capessere?
Conatus omnis, nisus, ac in hoc tuus
Alga putandus vilior.
Via est peracta. Luna circum finijt.
ἀραν στροφὴ, *clausa est strophâ.*

O
Sors
fidei
fraga
mortali-
um, & lu-
brico positâ
statere perso-
nata, quam se-
ctatur fælicitas.

Religionis amor cœlo post fata reponit.

Quis (Sciscitâre
stadiodrome) quiri-
tat? Lapis cui & sua
vox inest, & forma lo-
quendi, imò de lapide a-
cuminata hæc, & fastigi-
ata Pyrgi Machina. Lu-
na mihi decus Illustrissimi
Domini Nicolai, Danilo-
uicia prognati prosapia. Hic
dum Inuictissimo Regi Poloniæ
Sigismundo III. ac Reipublicæ
Polonæ fidum, gnauum, accura-
tum, Thesauri Regni se se exhi-
bet Archigubernum, dignissimus æuo
vlteriore, contentiones virtutum subli-
mes continuare prohibetur. Luxit Polo.
ac Polonia, suisq; Atropos lucentem non
sustulit, sed transtulit.

Luna polo rutilans, minuat vel compleat orbem:
Vertice luna meo perpetualis erit.

PIE-

PIETATIS PROPVGNACVLVM QVOD

Illustrissimo Heroi

NICOLAO DANILOVICIO

Sarmatia, lunato diademate cincta, peltaq; lunata, Othomanicam Lunam subigens, consecrauit.

REGIS SERENISSIMI AMORI.
PATRIAE OPTIMO CIVI:
REGNI TOTIVS FIDELISSIMO
THESAVRARIO.

Quantum in te crescit pietas, tantùm dilatatur dignitatis pulchritudo. *Augustinus.*

VERA REGNORVM felicitas, est vera Nobilitas, quam pietas Ciuium erga Princeps extollit omnibus commendatam.

PETRARCHA.

TEmporibus se se gyret plorata Cupressus:
Et labra lessus permeet.
Materies amor est epicæ delecta Camænæ:
Sed Cypridis næuo carens.
O nuper, quantùm Patriæ, testatus amorem?
Testatus altam dexteram.
O cùi gestamen dextra Regale tenetur,
Fidemq; amoremq; affatim,
Nouerat Herois, sub fœdere perpeti vtrumq;:
Quod Diua virtus panxerat.
Obliteret ne piæ vestigia mentis arata,
Virtutis osor hosticus,
Liuor edax rerum, virosis plenus echidnis,
Obliuiosus & situs?
Aphracto vitæ fracto, rediuiua sepulchro
Virtus alumnum vindicat.

Inter

Inter terrigenas Apolectos quemq; fuisse
Amor probatus patriæ. *(thra*
Nouit, & expertus, Prytaneo hunc inserit, æ-
Prytannis vsa calculo.

SVbdialis proritat oculos Lectoris Achilles. Paris hunc quando occidit, pars magna roboris Danaorum occidit, & in momēto, summa euerti posse, patefactum.

DVra Genitricem
Quis præcordia nato
Exhibuisse neget,
Thetyda Achilli?
Prosilit ab arcto
Arcu, tensa sagitta,
Priamidæ iuuenis.
Stratus Achilles.
Telo, stygis atræ
Lymphas & tibi abunde
Fundere debuerat
Filia Nerêi.
Non Paridis arcus,
Sed nec ferrea teli

Vulne-

Vulnere tabifico
Vis nocuisset.
Hoc auidus olim
Vindictæ, Paris egit,
Iliacum iuuenem
Vltus Auerno;
Quando Lybitina
Suetis vsa sagittis,
E numero Procerum
Te feriit Heros:
Horribile stirpi,
Regni grande coronæ,
Impete Parca suo,
Spiculum adegit.
Sic Lachesis atrox,
Nulli parcere gnara,
Vt lubet, Euigenas
Subruit orbe,
Æquiparat ima
Summis, maxima & imis.
Absq; statere, stelis
Nomina mandans.

✱ *EN* ✱

vtLy-
bithina
immitis
vnum ex
Archonti-
bus Poloniæ
summatem in
Scrobiculū Pyr-
gi immisit? O
luctificum Mortis
luctatum, quem He-
ros Orthodoxæ semper
fidei indefessus Sectator,
non pius in superos, & Pa-
triam, sed pietas, non elu-
ctatus cōcessit è viuis! O stel-
læ, Prosthesi luminis eratis de-
corandæ: Syncopam estis passæ,
Lachesis luminosam vitalitatem
nodo plusquam Gordio pressit, sigil-
lauit. Syderalia spiculo astra confi-
xit, quia neruo ineluctabili fixit.
Factum est stellæ stellis insertæ: tu Clo-
tho triumphatrix Vana tripudia in tes-
sum verte, vel iussu Postuortæ.

Heroës Pietas cœ- lestibus inserit oriis.

Axe Serenato fulget cum Castore pollux?
Culminis antefero sydera bina mei.

FORTITVDINIS
TROPHÆVM
DANIŁOWICIÆ
VIRTVTI
Stabit Monimentum.

Mars bellator

STELLATAM HASTAM
STELLATVS IPSE
HONORI DEFIGIT
ILLVSTRISSIMI THESAVRARII
ET MARTIALES
SPIRITVS ADMIRATVR.

FOrtiter aduersus hostem se gerere & patriam armis tegere Principis salutem propugnare, cuiuis Ciui honestissimũ est. *Xenophon.*

TV ex quo Militiam profiteri animus fuit, nisi dehonestare artificium tuum vis, semper animam in numerato habeas oportet, semperque aures tuas Cæsarea vox illa circumtonet. Disce ferire, disce mori. Hæ artes deliciæ tuę erunt, hæ gloriam & æternitatem spondent æuiternam. *Petrarcha.*

ITe virentes Marte Corymbi,
Danilouicias decorate tubas,
Danilouicij facta colossis
Et purpureis signate notis.
Æternatos pandite succos.
Bustum teneris cingite baccis.
Et demessi fata Herois
Euicturis cumulate Cedris.
Hector quantus creuit in armis!
Dum Lechiacum ducit agema,
Enutritas animas bello
Lectosq; Duces lectosq; viros,
Dum Sarmatiam turbat Enyo,
Fregit furias dedignantes
Dominumq; pati, Regemq; pati.

Et vi-

Et victuris posuit Seclis
Erga Dominum lemma fauoris.
Hoc auspicio Sigismunde tuo
Pegma decorum Miles habebat.
Nunquam citius Rex Magne tuum
Hostem victum meminisse potes.
Seu felices Cæsaris iras,
Seu magna velis prælia Magni,
Seu Scipiadas memorare velis
Fulmina belli.
Danilouicias ista sagittas
Decora ingenti pignore cingunt,
Autumnantis dona decoris,
Æternatæ pignora pacis,
Tranquillitati fulgura solis,
Illibati candor honoris
Danilouicij splendor amoris,
Bellatricis tessera honoris,
Micat innato Gloria radio,
Micat innato Cynthia radio,
Danilouicio nescia claudi
Pectore, rutilos fundere gliscit
Quocunq; lubet syderis ignes.

Alienæ

Alienæ non indiga laudis.
Et Prytanei defixa tholis.
Jgnes Lechico fulgurat orbi.

Patriæ Regnoq; Salutem.

MEmphiticos Immortalitas deposcebat colossos sed quis DANIŁOVICIAM virtutem marmore nudo immortalitati consignasset. Sydera honori maximo sunt suffragata. Gentilicium enim Parasemon Pyramidalem radijs effecit conum, cui gloriosius Mars defixit stellatum gladium, ipsa patria Heroi gloriā semper ambienti, detulit stellatum diadema: nam

SIC DECVIT PATRIÆ PIGNERARE VITAM.

Hunc Mars hūc sudat Patrius vigor arte colos-
Herois famam tantus adauget apex! (sum,
Egregium Magno deuouit pectore sensum,
Pro patriâ. vitæ prodigus ipse suæ
Fatales hostis stellatus sustulit iras,
Et fato meruit nobiliore frui.
J nunc & Martis lauros inglorius ambi:
Stat rutilo fixum pegmate, Martis opus.

*

In
omnē
victu-
ra aui so
spi tatem
stabit mo-
les fastigia-
Fortis syderĕas sedes *to cultu Illu-* *post fata meretur.*
strissimi Da-
nilouicij Mar-
te sagato nutritā
cœlo feret fortitu-
dinem Enyo mastru-
cata liuores cum E-
rinni edētula hîc infrin-
get ad Acroama gentilici-
um pallescens stellatos ignes
verebitur. Ita fæcūdat Mars
Gloriam, Danilouicios sibi op-
pignerans. Fortissimo ergo ciui
auspicium SIGISMVNDI III.
Regis florentissimi Sanctâ in acie pal-
mam dedit. Gloria lauros immortali-
tatem adeunti consecrauit.

Hæc tibi vitta datur. victuros prênde Corymbos,
Magne Heros, vita est, hostica lis & Ερις.

LIBE-

LIBERALITATIS TRIVMPHVS MVLtiplici diues fænore

ILLVSTRISSIMI

DANIŁOWICII STELLAM

Influxu suo diuitem curru vehit

&

Peniam ac egestatem munifico complexu adstringit.

QVo melior is fuerit qui liberalitatem tuam senserit, hoc tibi splendidior ab illius cura ac studio laurea texitur. *Chrysostomus.*

Nescit

NEscit semel incitata liberalitas stare cuius pulchritudinem vsus ipse commendat. *Plinius Junior.*

QVID PRAEMIVM? RECTE SANE MARTIALIS
QVI DONAS
HOC ET POST CINERES ERIT TRIBVTVM.

SVrge vernanti redimita serto
Fama, pernices age duc volatus.
Scinde stridentis graue murmur Euri,
Remige penna:

Siue spumanti modo visa Pruto
Detonas orbi fera bella, siue
Proteris nutu Lechico Getarum
Arma sparosq;.

Seu studes paci potius togæq;
Curiæ vulgans cata gesta, & æquis
Fascibus Magnos veniens in aunm
Viuere curas.

Amplior laudum seges en patescit,
Arduis magni titulis honoris,
Vberis surgit potior metalli
Vena satusq;.

G *Styllat*

Styllat immensas ope liberali
Copias cœlo, scijt æmulari
Nam Poli fluxus, didicitq; promptam
Fundere gazam.
Testis æternis benè stabit annis
Lublini votum penetral Tonanti,
Tecta DANILOVICIVM *loquentur*
Ære venusta.
Hûc myrinatas precioq; dites
Intulit lænas, dedit amplioris
Census annonam; grauidamq; Diuis
Lampada fixit.
Exedris semper fuit & Camœnis
Ille Mecœnas, Sociosque JESV
O fidem Patris! genitor medullis
Condidit imis.
Pauper arcanis bibit è fluentis,
Quisquis angustijs Peniæ laborat,
Viuit augustâ toties beatus
Dote Parentis.
Viuet æternos Pater hic in annos,
Et triumphales ope liberali
Transiget soles, merito Polorum
Nectare pastus.

Omnibus ſemper idem.

MVnificum cœlum liberalem dicet Illuſtriſſimum DANIŁOVICIVM. Picturam loqui volumus quod Epigraphe depoſcebat. Conchata ergo templa conchatos inopes expreſſimus quibus effuſâ benignitate gēmea DANIŁOVICII ops munifico ſtellæ ſatu influebat vt gēmatum post funera DANIŁOVICIVM ſtellis daret. *Equidem.*

Nil hac prole beatius.

GEmmatis pingunt ſtellata palatia Elenchis
Oceanum, rutilos marmore dantq; globos.
Stellatum vidi rutilis Heroa Pyropis
Pingentem patriis templa lycea focis.
Anguſtæ quidquid Peniæ violauit orexis,
Id Patriæ toties candida ſtella dedit.
O Sacrum germen! patrijs dum germinat agris:
Qualibet exillo germine, gemma cadit.

*

Mar
mora-
rium nõ
deposco,
ipsa sibi li-
beralitas
Munificos cœlũ post *marmorarius* *funera ditat honore.*
est, ipsa mar-
mor sine runci-
na Lysippi absq;
grosphis Dædaleis
pietatis hîc sudauit
manus. Anaglyptes
Genius ad immortalita-
tem DANIŁOVICIO.
istam effigiauit Pyramidem
Animatus apex templis Col-
legio Societati IESV ipsi Pe-
niæ Episema augusta eiaculans
honores perennes educabit, sine Cu-
presso caduca vernans gratiarum re-
pandet ver, ipsamque Pomonam
ac immortalem hic locabit meriti.
Mmnemosynem.

Lilia casta rosæ bustum redimite, perennet
Hic laurus, Charitum semper amænet opus.

ÆTERNA VOTA
Illustrissimo
NICOLAO DANILOWICIO
Prytaneum inhabitanti
per Dithyrambum.

DIgna supremis resonare linguis
I per æternos lyra Dithyrambos.
Carnem augustum meliore voto
Funde, cœlestes imitata cantus
Prome festiuos age faustiore,
Ore susurros.

En millies beata
Cynthia, rutilos proijcit ignes.
Cynthia sacris placida exultim
Micat illecebris deposta Polo.
Et Phœbæis æmula flammis,
Micat æterno Cynthia radio.
Vincitque flammas,
Fulgurantes,
Suaq; purpurascit

Lampa-

Lampade terris,
Inserta virtutum nitore,
Æthereis merito post fata Pyropis:
O decus! æterno semper spaciabere in horto
Aurea dependes fulgoris symbola, casto
DANILOWICIAM gentem cupiens animare nitore.
Lux honorum pullulabit,
Germinabit fax amorum,
Lapsa cœlo, digna natis, digna cinget faustitas
Famulans votis o Magne tuis.
Nunquam tragicis concussa dolis
Aurea fundet
Diuite cornu
Dona quietis,
Pegmaq; sacri
Sponte senatus
Pandet, & ipsam
Vinciet astris
Lapsam Astræam.
Ito Phœbe fæta luce,
Ito Phœbe digna sole.
Aurea Phœbe, prouida Phœbe,
Luminosa rubentes

Proijce

Proijce flammas,
Lux honorum pullulabit,
Germinabit fax amorum.
Aureiq; redibit
Indulgentia sęcli.
Benignitatis lux opimos germinans
Producet ignes,
Ignibus agglomerans carissima pignora sacris,
Et peplum varians castæ virtutis Elencho,
DANILOWICIAS faciet sobolescere stellas.
Amat ecce luna stellas!
Animatq; bellicosis
Coloribus, nitentes.
Color ipse, dat caloremq;.
Animamq; tot Pyropis
Assueta corda Martium spirant decus;
Patrisq; lemma candidis seruant notis;
Et virtutis asyllum,
Et conclaue pudoris,
Agmen amorum.
Ito Phœbe fœtâ luce,
Ito Phœbe digna sole,
Imple fęcundos stellis ô fertilis imbres!

Atq;

Atq; serenatas sine funere proijce luces
Altior alio credita cœlo,
Et meliori sede recepta,
Ex sedis altæ fulgure amabili
Æmulatrices dato liberalis
Splendoris faces,
Vibrato pulchrum sortis & inclytæ
Stellis decus, stellis rosas.
Victura tuis Phœbe stellis.
Æthereo melior post fata reposta Trioni
Pompas ages, censu piæ
Virtutis auctas,
Tranquillatas corripis arces,
Tranquillatas sine nocte dies,
Tui semper potita
Diues tibi superstitas.
DANILOWICIAS stellas germenq; beato
Sospitans ostro.

MANI-

MANIBVS GLORIOSIS

ET

ÆTERNÆ MEMORIÆ

Illustrissimi D.

NICOLAI
de Zurow
DANIŁOWICZ

SVPREMI REGNI
THESAVRARII,
Crasnostauiensi, Samboriensi, Bielscen &c.
CAPITANEI
Cuius animus generosus.

VIRTVTE HEROI-
CA INNVTRITVS.

Domi exempla Religionis, Pie-

H tatis,

tatis, Æquitatis, propoſuit
Foris, argumenta Sapientis Prudentiæ defixit.

Militiæ, Fortitudinis trophæa excitauit.

Integritate Inuidiam.

Facilitate Odia.

Modeſtia Temeritatem Temperauit.

In complexu cariſsimæ Patriæ, Sereniſsimi Regis SIGISMVNDI III. in amoribus, Eccleſiæ Catholicæ addictiſsimus,

Munificus Parens egẽtium,

Ex-

Exaggerata laude viri O-
ptimi
&
Senatoris Amplissimi
Cumulatissimus.
Dum viuam sui imaginem, in ex-
cellenti indole Filiorum
reliquisset.
&
Illustribus monimentis nomē su-
um illustrasset,
Immortalis Gloriæ adijt
PRYTANEVM.
Anno Salutis humanæ M DC
XX IV. die XXX Maj

Vitæ

Vitæ ſuæ curſum anno ætatis LVI Chriſtianè dum conſummaſſet.

SOCIETAS IESV amantiſsimo ſuo Patrono & Parenti D.D.